

Hoc vero subtersignatorum testimonio corrobo A
ravi.

- Signum meimet Odonis episcopi.
- S. Radulfi ejusdem altaris archidiaconi.
- S. Anselli archidiaconi.
- S. Thedorici archidiaconi.
- S. Everardi archidiaconi.
- S. Erleboldi præpositi.
- S. Elebodi decani.

Signa abbatum.

- Sig. Gilberti de Eiham.
- S. Snellardi de Geraldmont.
- S. Amboldi de Gandavo.

- S. Reineri de Sancto Sepulchro.
- S. Gotridi de Novo Castello.
- S. Fregdonis decani ejusdem altaris.
- S. Segardi de Helles,
- S. Riberti decani.
- S. Alexandri decani de Hal.
- S. Bernardi de Waisch, et Fulcardi fratris sui.
- S. Cunrardi decani de Gandava.
- SS. Meinardi Tangradi, Gommari.

Actum est hoc Cameraci in synodo, in die Martii, anno incarnationis Verbi 1112, praesulatus vero mei vii.

APPENDIX AD B. ODONEM

EXCERPTA

Ex libro Godefridi, Remensis magistri, cui titulus : *Somnum de Odone Aurelianensi.*
(*MABILL., Annal., V, App. p. 651.*)

Abdiderat celerem sol pronus in æquora cursum
Astitit Odo, meos magnum decus inter amicos...

Multis laudat ejus dotes, tum de ejus prosapia sic
prosequitur :

Quam genus a proavis, et linea sanguinis alti
Ornat, ab ingenuis tota trahenda viris.
Quorum res gestas, titulos, pacem, horrida bellum,
Flaventis Ligeris unda silere nequit.
Hunc super innumero fregerunt agmine castra,
Sic qua fuere suis ausa nocere viris.
Hunc super hostiles armis stravere catervas,
Hunc super indomitos edomuere viros.
Ortus ab his atavis, et ab his majoribus Odo,
Contiguus cœlo jure videndum erat.
Se licet et generis casset clarissimus ordo
Tantus et ad laudem nil operetur honor,
Sufficit ingenii liquidissima vena profundi,
Et quod se infudit tota Minerva sibi.
Sic certe deducta mihi sua carmina fiunt,
Ut si quis docili pollice fila trahat,
Nil illuc quod corda oneret, quod prægravet aurem,

B Quodque supervacuum jure vocetur opus...

Pluribus laudat ejus versus, tum narrat quonodo
ei in somno visus fuerit.
Denique me modico speculatus tempore, sedit.
Et tacita tetigit pectora nostra manu,
Atque ait : Odo tuus subii tua tecta, tuoque
Proximus assideo, mi Godefride, thoro;
Sed nec vectus equo, nec cerula per freta velo,
Nec pedibus veni, labilibusve rotis.
Aera per vacuum, suspenso corpore pennis,
A Genabo Remis me levis aura tulit...

Multi habet de desiderio eum ridendi, quo actus ita
venerit.

C Sic ergo me ventis credens te propter, amice,
Non timui dubias pendulus ire vias.
Et quia nostra tibi sunt semper opuscula cordi,
Nec sunt arbitrio projicienda tuo.
Attulimus qui bella canit Trojana libellum,
Quem tu sape tibi me recitare facis...

Orat, ut recitet quæ de bello Trojano carmine
ediderat.

ANNO DOMINI MC.

WALTERIUS CABILONENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA.

(*Gallia Christiana nova, tom. IV, p. 887.*)

Walterius seu Gualterius et Walterus post diutius electus est Cabilonensis episcopus an. 1080.
num inter pontificium, tandem omnium votis et as-

Electio chartam, quia tum ob antiquitatem, tam